

**Dissertatio inauguralis medico-practica de apoplexia ... / submittit
Rudolphus Wilhelm.**

Contributors

Wilhelm, Rudolf.
Universität Wien.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Viennae : Typis Christiani Friderici Wappler, 1783.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dzqhccw6>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

4.

DISSERTATIO
INAUGVRALIS
MEDICO - PRACTICA
DE
APOPLEXIA

QVAM
ADVENTE INCLYTA
FACVLTATE MEDICA

IN
ANTIQVISSIMA AC CELEBERRIMA
VNIVERSITATE
VINDOBONENSI

PVBLICAE DISQVISIONI
SVBMITTIT

R V D O L P H V S

W I L H E L M,

AVSTRIACO VINDOBONENSIS.

Disputabitur in Universitatis Palatio

Dic

Menfis

MDCCLXXXIII.

VIENNAE,

TYPIS CHRISTIANI FRIDERICI WAPPLER.

4

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

ALPHABETICALLY

BY AUTHOR

1900

1900

1900

1900

CHRISTOPHORO

DIVINA MISERATIONE

S. R. E. TITVLO QVATVOR

CORONATORVM PRESBYTERO

CARDINALI

E

COMITIBVS

A

M I G A Z Z I

DE

VAAL ET SONNENTHVRN

ARCHIEPISCOPO

VIENNENSI

S. R. I. PRINCIPI

PERPETVO ADMINISTRATORI

EPISCOPATVS VACZIENSIS

INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS

APOSTOLICI MAGNAE CRVCIS

EQVITI

SACRAE CAESAREAE, NEC NON CAES. REGIAE

APOST. MAJESTATIS INTIMO STATVS

CONSILIARIO.

CHRYSTOPHER

OF THE COUNTY OF
NEW YORK
IN SENATE

CARROLL

TO

MILWAUKEE

WISCONSIN

W. R. P. R. I. C. P. I.

WISCONSIN

WISCONSIN

WISCONSIN

WISCONSIN

WISCONSIN

WISCONSIN

WISCONSIN

WISCONSIN

C A R D I N A L I S
E M I N E N T I S S I M E !

*Nil mihi jucundius, & nihil
unquam honorificentius accidere
potuit, quam ut hanc scientiæ
Medicæ Dissertationem, quam
pro obtinendis in eadem summis
Honoribus elucubrovi, Celsissi-
mo Nomini TVO dicare cle-
menter patriaris; atque quo
animi mei gratitudinem pro hoc
in me singularis & nunquam sa-
tis concelebrandæ Munificentæ*

*TVAE evidentissimo Documen-
to tester, non habeo.*

*Ut TE ad cælos eveham?
atque Vetustissimum Natalium
TVORVM splendorem, Digni-
tatum gradus, qui illos secuti,
& in quibus TE conspiciamus?
Virtutum exemplaria insignes-
que animi dotes, quibus cæte-
ros inter pares semper præful-
ges, recenseam?*

Aut

*Aut ut ea TVA præclare
gesta in memoriam revocem,
quæ inde a Die, quo TE Im-
peratoria hæc sedes Archi-
Præfulem suum salutavit, tam
Religioni quam Reipublicæ præ-
stitisti? Aut denique eas quas
Immortali DEO magnificas sane
in utraque Diæcesi, cum nun-
quam obliteranda Nominis Mi-
gazzianorum fama posuisti, &*

quæ cæteroquin conspicuæ Ta-
bernaculorum Aedes; aliis quæ
magno numero sunt, non omif-
sis, quas minus nitide cultas,
nova arte ac munifica pietate
ornasti, auxisti. Ut hæc in-
quam ultro ante oculos ponam?

Eminentissime Princeps! Cum
illa omnia multo augustiora sint,
quam ut vel summi Oratoris fa-
cundia adumbrari possint: nihil
aliud

*aliud superest, quam ut ubi con-
digne celebrandis TVIS decori-
bus & ornamentis Oratio defi-
cit, illa tacitus admirer; atque
TIBI una cum dulcissimo patre
meo pro ea beneficentia eoque
favore, quo diu jam indigni
fruimur, eas quas possumus,
agamus gratias, insuper flagi-
tantes, ut has in debitæ gra-
titudinis pensum TIBI inscri-
ptas*

*ptas pagellas clementer accipias,
amplissimoque TVO græsidio fo-
veas, & cui nullo merito hunc
favorem præstas, eundem ultro
etiam numero clientum TVO-
RVM adscribere digneris.*

*Infimus æternumque
devotus cliens
Rudolphus Wilhelm.*

PRAE.

P R A E F A T I O.

Examinihus rigorosis exantlatis, legibus academicis ut fatisfieret, constitu Differtationem conscribere de Apoplexia, morbo haud infrequente, gravi summeque periculoso, difficulter sæpe curando, sæpius lethali, magnis potissimum civitatibus indigeno. Dicam autem pauca de hoc morbo in genere tumque eum secundum suas potiores pertractabo causas, haud facile nonnunquam indagandas atque non raro e diametro sibi oppositas. Coronidis loco suam cuique

que speciei subjungam medendi
methodum.

Quod si quis ex hoc meo qua-
licumque labore quamdam ceperit
utilitatem, mihi vehementer gra-
tulabor.





De
Apoplexia in genere.

Apoplexia latinis morbus attonitus, paralyfis universalis, attonitus stupor, fideratio nuncupatur. Græcis ἀποπληξία ἀπόπληξις, ἀποπλήκτικόν νόσημα, ab ἀποπλήττω, quod latinis ferio aut percutio audit; hinc quoque germanis *der Schlag*, gallis *Apoplexie*, anglis *an apoplexy*.

Inclan III. p. 250. Ga-

Galeno definitur Apoplexia: De-
tentio mentis cum abolitione sensuum
& corporis resolutione. Et idem alio
in loco ait: Apoplexia est abolitio sen-
sus & motus in omnibus nervis.

Secundum mentem magni Boerha-
vii definitur subita & integra ablatio
sensuum in & externorum, simul om-
nium motuum voluntariorum, perdu-
rante interim & pulsu & respiratione,
& utraque hac actione subinde aucta,
superstitibus etiam actionibus, quæ a
pulsu & respiratione immediate depen-
dent. a)

Juvat definitionem hanc aliquan-
tum explicare; fit enim in ea solum
mentio animalium & vitalium, neuti-
quam naturalium actionum. Statum
hunc

a) Boerheve instit. medicæ §. 860. pag. 338.

hunc functionum naturalium in apoplecticis apud plerosque auctores omiffum reperimus. Ratio esse videtur, quod varii apoplectici circa functiones naturales diverfimode, & non omnes aequaliter fe habent.

Quidam enim horum abolitam habent deglutitionem; alii deglutiunt; quidam alvum deponunt, aut fua fpon- te, aut enemate folicitatam; aliis ad acres etiam ftimulos alvus fuppreffa manet. Sic urinas mittunt non pauci; alii contra eas fuppreffas habent.

In quibusdam alterutrum, in quibusdam nullum, in aliis utrumque latus est refolutum. Hinc est, quod functiones naturales tam diverfimode fe habentes non ingrediantur Apoplexiæ definitionem.

Præterea id quoque restat notandum: vocabulum hoc apoplexiæ veteribus, præcipue Hippocrati & Aretæo non semper idem sonasse, quod nobis. Non enim semper universalem illam resolutionem, sed mitius sæpe malum his significabat; non raro de sola unius partis resolutione usurpabatur, vigente interim animo, vigente reliquo corpore. Huc quoque accedit, quod veteres uni eidemque morbo, uni eidemque apoplexiæ tot tamque diversa injunxerint nomina, ut tyro medicus totidem fuisse morbos, quot nomina, facile arbitretur. Idem in hoc casu fecerunt, quod is faceret, qui diversos e. g. peripneumoniæ aut pleuritidis gradus, aut diversa horum morborum symptomata accidentalialia diversissimis nominibus, memoriam confundentibus atque

ad veram morbi diagnosim nil conferendis, insigniret.

Præmissa igitur longiori quidem, at non prorsus inutili hujus vocabuli explicatione, ad Apoplexiæ divisionem ad gredior.

Divisio Apoplexiæ multiplex est.

Primo a materia morbum producente dividitur in Apoplexiam sanguineam seu calidam, quam abundantia nimia boni ceteroquin sanguinis efficit; & in Apoplexiam ferosam, seu pituitosam, vel etiam frigidam; oritur hæc a præsentia succorum pravorum, feri, aut pituitæ pravæ.

Alia divisio est in Apoplexiam nullo hucdum speciali insignitam nomine, non ex bonorum aut malorum succorum abundantia nimia, sed quæ a contrario priori opposito vitio nascitur,

videlicet ex defectu, ex penuria sanguinis ad cerebri corticem adpellentis, vel etiam ex defectu illius materiæ in sanguine, ex qua spiritus illi subtilissimi nervei fabrica cerebri secerni solent.

Hippocrates Apoplexiam etiam dividere consuevit in fortem & levem. Quæ divisio licet ad meliorem diagnosis nihil, ad prognosim tamen plurimum conferre videtur. Dicit enim immortalis ille vir, solvere Apoplexiam vehementem esse quidem impossibile levem vero non facile. (*Λύειν ἐποπληξίην, ἰχυρὴν μὲν ἀδύνατον ἀθενέα δὲ ἔρηθιον.*)
b)

Et celsus sic ait: Omni resolutioni nervorum ad medicinam non idonea sunt

b) Coac. lib. 83. Aphorif. 42.

funt tempora hyems & autumnus; aliquid sperari potest vere & æstate; quibus statim subjungit. Isque morbus mediocris vix sanatur; vehemens sanari non potest. c)

Aliter dividitur Apoplexia in hysteri-
cã, vel hypochondriacã, quamvis non adæquata omnino voce & omnem morbi ambitum complectente. Hæc enim ipsa species Apoplexiæ in aliis etiam ut ut non hysteri-
cis, non hypochondriacis observatur, præcipue in infantibus; hinc melius sensu latiori Apoplexia nervosa adpellari possit.

Alia porro divisio est in Apoplexiam periodicam, quæ statis horis aut diebus redire solet, quamquam nuper meus clarissimus atque in æternum mihi

c) Celsus lib. 2. c. 8. pag. 76.

venerandus Professor Stoll in hortulano No. 14. decumbente in nosocomio Sanctif. Trinitatis publice demonstravit. Aeger ille omni tertia die insultum Apoplexiæ passus est.

Sed periodica hæc Apoplexia ad febrem intermittentem potius pertinet, quæ larvam Apoplexiæ induere videtur.

Præterea quædam Apoplexiæ species est epidemica, quæ varia esse potest, vel sanguinea, vel serosa, vel pituitosa, vel periodica, prout phlogosis prædominatur, aut serum; vel prout viget constitutio generandæ aquosæ austeræve pituitæ favens; vel vero prout temporis annique constitutio talis est, quæ multas febres intermittentes, & Apoplexias, seu febres larvatas apoplecticas generare queat.

Alii porro fecundum fedem caufæ dividunt Apoplexiam in idiopaticam, quæ caufam fedemque caufæ una cum effectû in uno eodemque loco, cranio nempe agnofcit; & in fympaticam, ubi fedes caufæ & effectus in diverfo loco hærent; fic e. g, fedes caufæ poteft elle vel in thorace, vel in abdomine; effectus autem femper hærebit in cranio.

Ulterior Apoplexiæ divifio defumitur ex vario gradu atque intenfiõne mali, ita quidem ut fpecies alia dicatur Parapoplexia, quafi diceres: levior Apoplexia; hæcque communior hujus vocabuli eft notio.

Hippocrates tamen & antiquus ejus commentator Galenus has voces Parapoplexia & Paraplegia pro levi tantum alicujus membri fideratione, feu

pro levi paralyfi accipiunt. Sic enim ait Hippocrates: *d)* Mulierem, quæ decumbebat in litore, prehendebat febris valida, manu dextra paralytica facta more paraplectico, id est more levioris paralyseos.

Recentioribus autem Parapoplexia aliud est, quam fuerat Hippocrati & veteribus; est nempe ea Apoplexiæ species, quam alio in loco Hippocrates vocavit Apoplexiam levem; ita ut Apoplexia Hippocratis sit Parapoplexia recentiorum.

Antequam ad Apoplexiæ causas ejusque medendi methodum explicandam transgrediar; nonnulla vocabula explananda supersunt, tam veteribus, quam

d) Hipp. lib. 1. Hist. 13.

quam recentioribus in denominandis variis Apoplexiæ speciebus ulitata.

Sunt autem sequentia.

Paraplegia, quam ab Hippocrate & Galeno cum Parapoplexia & Paralyfi confusam supra dixi, recentioribus definitur Apoplexia totius corporis, capite seu cerebro excepto.

Parælis a multis confunditur cum leuiori Apoplexia, ab aliis cum Paralyfi. Juxta Duretum est resolutio partis cum segnitie & torpore, id est torpor quidam membrorum, seu nondum perfecta Paralyfis.

Anaesthesia gradu solum a prioribus differt; si *ἔστωμον* vocis spectes, erit defectus facultatis sentiendi. Recentiores Anaestesiā adesse dicunt, si in parte quadam corporis tactus facultas deficiat.

Carus est species Apoplexiæ calidæ, seu Apoplexia sanguinea levior, non in morbum chronicum alium diuturnum, non in paralyfin, sed in perfectam sanitatem abire solita, ita ut ne sui quidem vestigium relinquat.

Hic Carus in ebriis sæpe obtinet, ubi ebrietas quam proxime contermina evadit Apoplexiæ sanguinæ. Etenim non raro contingit ejusmodi homines a medicis apoplecticos haberi, & non male quidem, cum summa ebrietas haud raro in Apoplexiam terminetur.

Verum hi posteaquam suam edormierunt crapulam, perfecta denuo valetudine feruuntur; ubi contra iidem dato emetico in Apoplexiam gravem & sæpe insanabilem incidunt.

Cl. Wepferus suadet his plumula vel simili instrumento fauces irritare,

ut

ut fibris œsophagi hac ratione irritatis ventriculus quoque convellatur, onusque suum ejiciat.

Coma comatodes, seu coma somnolentum est perpetua & insuperabilis in somnum proclivitas cum assiduo in eundem post excitationem relapsu.

Hoc coma est Apoplexia levior, vel species Apoplexiæ levissimæ; Apoplexia inchoans, symptoma plerumque morbi inflammatorii cujusdam, atque communem cum illo medendi methodum exposcit.

Coma vigil seu coma agrypnodes est continua in somnum proclivitas cum perpetua a somno per insomnium terribile spontanea excitatione.

Adsunt in hoc comate causæ Apoplexiæ calidæ, etsi levissimæ; adest præterea stimulus continuus a causa

inflammationis plerumque productus. Coma hoc sæpe numero in quibusdam febribus inflammatoriis tanquam harum symptomata observatur.

Lethargus, ut ipsa vocabuli natura indicat, est iners oblivio; aliis definitur Lethargus somnus profundissimus a causa frigida qualicumque.

Veternus dicitur somnus difficulter excutiendus, protractus cum pallore, tumore flatulento & Atonia.

Recentiores morbum hunc ad Apoplexiam frigidam reducunt, cujus leviozem quamdam speciem Lethargum vocant.

Hippocrates videtur nomine lethargi morbum pectoris peripneumonia cum intellexisse, cum is in Coacis afferat, servari a lethargo eos, qui puru-

len-

lenta sputant post morbos thoracis inflammatorios.

Hinc lethargus Hippocrati id videtur fuisse symptoma, quod nos subinde in gravissimis pleuritidibus & peripneumoniis observamus.

Cataphora definitur gravis in somnum delapsus parum aut fors nil a comate differens.

Huc quoque referendus est somnus diuturnus, per dies, septimanas, imo & menses durans. Somnus hic ideo morbosus, quia nimis diuturnus.

In actis academ: reg. parisin. & historia hominis, qui ex valido terrore in somnum duorum mensium incidit, totoque hoc tempore nil fuit præter pauca cochlearia vini, quæ illi quotidie ingerebantur, omnibus medicamentis iacassum adhibitis, atque irritantibus

nihil proficientibus, tandem in piscinam frigidissimam coniectus sensim ad se rediit.

Diversi auctores complura exempla recensent somni per plures septimanas, imo per menses protracti, quæ tamen brevitatis gratia omitto.

Incubus seu Ephialtes quoque ad morbos apoplecticos referri meretur, cum & simile quid referat & aliquando Apoplexiam antecedit.

Incubi paroxismus fere semper inter dormiendum, præcipue stomacho dispensatis cibis valide repleto gravatoque, hominibus præsertim supine in lecto decumbentibus, observatur. Hoc malo adfecti potissimum in pectore & circa præcordia noxam sentire videntur. Nam suppressa respiratione, aut plurimum impedita sanguis in pulmonibus

accumulatus efficit, ut a pondere quodam thoraci incumbente se opprimi arbitrentur.

Pondus hoc imaginarium sub hac illave spectri forma rudis plebecula cernere sibi videtur, donec post longam subinde luctam somnus insomnis & sensus ponderis excutiatur.

Adfectus hi in iis præsertim, qui ad Apoplexiam prædispositi sunt, neutiquam periculo vacant.

In pueris & infantibus frequens est Ephialtes, idque præcipue a vitio materiei ventriculum & intestina gravantis vellicantisque.

Majoris adhuc momenti causa est lac coagulatum, acidum in ventriculo infantum, pituita iners, pulmentum, repleto etiam ventriculo vel invitis misellis ingeri solitum.

Verminofus quoque nidus inter causas Incubi referri debet; vellicando nempe viscera abdominalia ibique spasmos producendo sanguinem urget versus encephalon; dein paulo copiosius repletus ventriculus, non quod aortam comprimat, ut aliqui voluere (eam enim ne attingere quidem potest) sed quia circulationi sanguinis in systemate gastrico obex ponitur ob compressa nimia ingestorum mole innumera parietum vasa.

Hinc plus sanguinis ad superiora urgetur, & quodam modo topica encephali plethora nascitur; inde sanguinis accumulatio in pulmonibus, pressio cerebri, & tandem Incubus.

Accedit huc, quod distentus ventriculus motum diaphragmatis deorsum

impediat, unde quoque respirationis difficultas & sensus ponderis.

Omnes hucusque recensiti morbi quid apoplectici habent; etsi ab Apoplexia quam plurimum differre videantur.

Imo easdem & communes Apoplexiæ causas per sæpe agnoscunt; quin etiam alii quam plurimi capitis & nervorum morbi, ut ut plurimum ab Apoplexia diverfi, ex iisdem tamen Apoplexiæ causis oriuntur; e. g. convulsio eaque adeo varia & diversa, spasmus multiplex, Catalepsis, tetanus, Opistotonos, Emprostotonos, Pleurototonos, Chorea St. Viti.

Omnes inquam hi morbi cum Apoplexia easdem origines causasque habent.

At difficillimum certe est, imo adhuc impossibile rationem reddere, cur e. g. eadem causa in hoc homine Apoplexiam producat, in alio Epilepsiam, in hoc Tetanum, in illo Emprostotonum; in alio alium spasmus atque convulsionem.

De his autem morbis, ut ut easdem cum Apoplexia causas agnoscentibus, quoniam peculiarem subin postulant medendi methodum; hoc loco agere supervacaneum duxi.

Pervenimus ad causas Apoplexiæ, quarum alia est proxima, alia procat-harctica.

Causa proxima Apoplexiæ est omne id, quod liberum iter liquidi nervosi ab encephalo per nervos ad musculos voluntatis imperio subiectos, & sensuum organa impedire potest.

Cau-

Causæ vero procatharticæ sunt innumeræ; omnia, quæ plethoram augment, sanguinem majori quantitate in encephalon urgent, balneum calidum, potus largior, diacta aromatica, vinosa, spirituosæ; his enim sensus confundi, caput gravari; balnea autem magis calida ingresses quasdam quasi leipotimias sensumque concussionis pati observamus.

Plethoram capitis augment collare arctum, scriptio capite nimis inclinato, thoracula arcta omnes morbi pectoris, conatus alvum, urinam fœtumque expellendi nimius, tussis, vomitus diurni, repletio ventris, abusus spirituosorum, vigiliæ, somnus protractus, atque omnes animi affectus.

Causæ prædisponentes sunt nativa corporis fabrica, collum breve sæpeque

numero sex solum vertebra instructum, corpus nimis crassum & pingue, quod Hippocrates jam memorat hisce verbis: Οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύλιν, ταχυθάνατοι γίνονται μάλλον τῶν ἰχνῶν e) Id est, qui natura sunt valde crassi, magis subito moriuntur, quam graciles.

hermann §. 1010. i.

Ad causas prædisponentes quoque pertinet temperies plethorica, cacochymia pituitosa prædominans, fessio continua, morbi pulmonum quicumque sanguinis fluxum per eosdem impedire valentes.

Huc pertinent morbi pulmonum pituitosi præsertim insensibus, quod jam Hippocrates pulchre notavit, de morbis

•) Hipp. Aphor. 44. Sect. 2. Tom. 9. pag. 83.

bis senum inter alia, hæc differens: Τοῖσι δὲ πρεσβύτησι, δύσπνοιαι, κατάρροι, βηκώδες, σράγγυραι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόννοι, νεφρίτιδες, ἰλιγγοί, ἀποπληξίαι &c. Senibus autem spirandi difficultates, catarri tussiculosi, stranguriæ, dysuriæ, articulorum dolores, nephritides, vertigines, apoplexia. *f*) Morbi etiam pulmonum inflammatorii, peripneumonia vera & notha, tussis valida, vomitus pertinax, elevatio ponderum cum nisu valido, conamina ad alvum duram deponendam vehementia eadem conamina in puerperis, si præmature ad partum urgeantur, veris partus doloribus nondum instantibus, haud raro Apoplexiæ causæ esse solent.

C 2

Huc

Huc accedunt studia immoderata vigilæ nimæ, animi affectus, ira gaudiumque vehemens, melancholia, g) libido nimia, spasmus abdominis, aut viscerum contusiones, quæ omnia hæmi- phlegiam sæpe aut Apoplexiam produ- cunt.

Nonnunquam universo in venis sanguine melancholico factò, communi læsionis ratione cerebrum læditur; quod Hippocrates his verbis confirmat: b) si lingua ex improvise impotens fiat, aut aliqua pars corporis fiderata, me- lancholicum hoc ipsum fit.

Willen III. p. 264.

Item

g) Galenus de melanch. Cap. 1. Tom. 9. p. 406.

b) Hipp. Sect. 7. Aphor. 40.

Item insolatio messorum aliorumque sub ardente syrio laborantium, venena, quæ aut narcotica opiatave vi, vel alia quadam ratione occidunt, opium, stramonium, hyosciamus & alia similia huc referri merentur.

Præterea fumus carbonum, præcipue in loco clauso accensorum; gas sylvestre extricatum ex fermentante musto, vapor accensi sulphuris, vapores minerarum, cryptarum subterraneorum, cemeteriorum, diu clausorum carcerum atque repente apertorum, exhalationes plantarum toxicarum, putrefactarum secundum recentissima experimenta Gl. Ingenhous, uti & exhalationes vegetabilium quorumcumque in loco umbroso collocatorum.

Hæc enim cuncta pulmones stringunt, spasmos inducunt, respirationem

vitiant, sanguinis per pulmones transitum impediunt.

Hinc sanguis per pulmones transire impotens accumulatur in encephalo, eoque presso aut impeditur fluxus liquidi nervosi, aut plane per nimiam vim sanguinis appulsi ruptis vasis sanguis extravasatur, Apoplexiamque producit.

*melius hoc explicatur à vi nervi
: alia nervi plerumque impulsā.*

Huc quoque nimia ventriculi repletio pertinet, somnus nimius, isque post prandium capite prominente sæpissime est causa prædisponens Apoplexiæ; nec non hæmorrhoides, & menstrua suppressa, vulnera diu ante fluentia subito exsiccata; quorum plura exempla habemus; morbi diuturni prægressi, mœror diu protractus, metastases variæ, (hac ratione explicari possunt Apoplexiæ puerperarum a metastasi

lactis) retropressa scabies, salivatio mercurialis subito frigore sublata, vulnera & hydrops capitis, exostoses, nodi topi calvariae internæ repente orti, tumores capitis, aneurismata, ossificationes arteriarum, febris larvata tempore æstatis, obœsitas nimia, unde venæ valide comprimuntur, consolidatum ulcus ob metastasim puris, subita mutatio aëris, uti quum quis ex aëre frigido repente calidum nimis intrat cubile.

Hæ potiores fuerunt Apoplexiæ causæ, nunc sequuntur præcipua ejusdem symptomata.

Sunt autem antecedentia Apoplexiæ symptomata fere sequentia: labilis memoria, obscuratio visus, scintillatio oculorum, pigritia mentis corporisque insolita, somnus turbatus terrificis insomniis, cephalalgia, aliquando frigus

totius cujusdam lateris, vox tarda, lingua balbutiens, stridor dentium, tinnitus aurium, præter consuetudinem impedita respiratio, labiorum repentina retractio.

Symptomata concomitantia sunt omnium sensuum & motuum plenaria abolitio, respiratio vario modo læsa, profunda, tarda, laboriosa, subinde cum, subinde sine spuma oris; pulsus fortis plenus, tardus, in nonnullis frigus artuum extremorum, in aliis sphincterum ani, & vesicæ resolutio, sternutatio, nonnunquam sudores copiosi sponteque erumpentes.

Tandem Apoplexia terminatur vel in sanitatem, vel in mortem, vel alios morbos, quales plerumque hemiplegia, aut singularis cujusdam partis paralysis esse solent.

Diagnofis.

Diagnofis Apoplexiæ, feu fanguineæ, feu frigidæ, pituitofæ, feroræ petenda eft ex iis fignis, quæ mihi naturam febris determinant, e. g. febrim inflammatoriam ex habitu corporis, vita caufisque prægreffis, atque ex concomitantibus hætenus enarratis fymptomatibus.

Prognofis.

Apoplexia a ruptura raforum aut eorum erofione incurabilis eft citoque lethalis.

Apoplexia a fola rarefactione, aut nifu majori fanguinis verfus encephalon absque ruptura vaforum sæpe curari poteft.

Apoplexia fanguinea.

Apoplexia fanguinea ea nuncupatur, quæ a fanguine bono nulla ratio-

ne vitiato, a causa quacumque majori quantitate ad encephalon adpulso oritur.

Quod si vehemens valde fit hujus impetus causæque validæ, sæpe subito & repente homines mortui cadunt. Quo in casu plerumque valida pressio encephali & subita, simulque sanguinis quantitas ex ruptis nimia vi valis extravasata habetur.

Symptomata tum potissimum frequentia observantur. Respiratio difficillima & inæqualis; ægri continuos trahunt rhonchos, stertuntque, toti insensiles sunt; adest spuma oris, pulsus inæqualis, celeris, debilis & intermittens, aliquando autem valde auctus plenusque observatur; facies inflata, tumida cernitur nigro - cærulescente colore picta. Per totum corpus præ-

ci-

cipue tamen per extremitates frigidus
fœtidusque manat sudor.

Excrementa alvi, urinæ, feminis,
resolutis utpote spincteribus sponte at-
que insciis ægris dimittuntur. Deglu-
titio aliquando perstat, sæpius tamen
est ablata.

Prognosis.

Prognosis hic plerumque mala est
morbo fere semper lethali. Quo mi-
tiora pauciorave symptomata, eo major
spes sanationis.

Accurata & fidelis anatomica ob-
servatio docuit in hominibus Apoplexia
fanguinea interemtis vasa encephali
multum dilatata infarctaque fanguine
spisso, grumoso, aut effusum extra vasa
fanguinem & stagnantem in variis en-
cephali cavis.

Apoplexiæ sanguinæ subjecti sunt maxime plethorici boni plenique habitus, quibus copiosus densusque est sanguis, multum elaboratus beneque calens.

Ad Apoplexiam sanguineam pertinet etiam Apoplexia submersorum & suffocatorum, uti & Apoplexia vario-lantium. (?)

Facies enim illorum ita sanguine turget, ut sæpe oculi penitus claudantur. Sanguis enim illuc adfluit, ubi minorem invenit resistantiam; cum vero encephali vasa sint valde tenera & mollia; illuc fit accumulatio sanguinis.

Qui cum ob turgescentiam nimiam humorum redire nequeat; adcumulatus premit fabricam tenerrimam cerebri. Impedit ergo sic fluxum liquidi nervei in musculos voluntatis imperio subjectos

&

& sensuum organa, atque hac ratione Apoplexiam producit.

Apoplexia dentientium pariter huc pertinet. Fit enim major continuo adfluxus ad locum semper irritatum. (?)

Oritur quoque Apoplexia sanguinea a vermibus aut acido intestina exstimulante. (?)

Stimulo enim verminoso aut acido intestinorum tunicis adplicato excitatur spastica contractio fibrarum muscularium; hac ratione impedito sanguinis circulo major denuo quantitas in superioribus partibus remanet, accumulatur, atque sic Apoplexia a vermibus aut acido produci potest.

Huc omnis acrimonia nimium irritans tubum intestinale spasmumque producens referenda est, e. g. acrimonia nimia bilis, ingestorum putridorum,

rancidorum. Huc quoque colica pictorum pertinet; namque stimulus plumbi intestina, æque, ut alter quicumque, spasmodice sese contrahere facit.

Apoplexiæ calidæ etiam adnumerari meretur Apoplexia ab hydrope abdominis pectorisque orta.

Pariter enim hac causæ impediunt sanguinis circulum per reliqua viscera; hinc accumulatur in encephalo, illudque premendo causat Apoplexiam.

Sequitur cura Apoplexiæ sanguinæ, quæ in sequentibus consistit.

I. In evacuantibus & revellentibus. Fit autem evacuatio per venæ sectiones in brachio pedeve institutas, per sectionem venæ jugularis, per Arteriotomen arteriæ temporalis, per cucurbitas occipiti adplicatas & profunde scarificatas, per venæ sectiones tam diu

ite-

iterandas, quamdiu durities & tensio pulsus perstat.

II. Injicienda sunt enemata sæpius repetita, sed emollientia, nitrosa; ac cavendum summopere in hac Apoplexia calida ab enematribus calidis, quæ in hac specie neutiquam conveniunt, sed malum potius exasperant.

III. Propinandi sunt potus manati, nitrosi per os ea dosi, quæ alvum blande movere possit, & aperire.

Nocet hic methodus illorum, qui purgantia drastica, resinosa tumultuose propinant; nocent etiam purgantia sic dicta antiphlogistica paulo largiori manu propinata.

IV. Præter copiosos potus antiphlogisticos præprimis hic indicatur succus citri copiosa aqua dilutus, qui & sacharo edulcorari potest. Præterea

profunt acida vegetabilium quæcumque diluta aut aqua simplici, aut decocto cuidam mixta; Oxymel simplex, syrupus aceti, & similia, quæ cuncta orgasmum humorum insigniter moderantur.

V. Indicatur situs corporis debitus & conveniens huic morbo; corpore nempe erecto, declivibus cruribus, capite denudato, cui posca frigidiuscula adplicetur.

VI. Juvat quoque femorum ligaturas facere, refluxum sanguinis a partibus inferioribus cohibituras.

Nocent contra his apoplecticis concussiones variæ, quas vulgus adhibere amat. Nocent frictions, nocent spirituosæ quæcumque naribus admota. Nocent potus fœtusque calentes, aromatici; nocent purgationes supra

jam

jam memoratæ, draſtica nempe, refinofæ. Soluto jam paroxyſmo id probe attendendum, ut æger ab omni cibo ſolidiori & animali prohibeatur; utatur ſolo ſero lactis, ſanatusque diu ſolis vegetabilibus veſcatur.

Quæritur jam, an veſicantia in hac Apoplexiæ ſpecie conveniant? Sunt enim complures, qui in hac Apoplexiæ ſpecie uſum illorum promiſcue commendant.

Verum ſi natura morbi & natura medicamenti inter ſe comparentur, ſique inſuper perpendantur ea, quæ de uſu & abuſu veſicantium ſcripta reperiuntur; luce clarius patebit, veſicantia in Apoplexia calida neutiquam convenire poſſe, & adplicata ſemper noxios producere effectus natura ſua debere.

Cantharides enim animalia utpote sale copiosissimo eoque acerrimo prædita per adplicata vesicantia a vasis corporis humani resorbentur, atque ad massam humorum delata stimulo suo fibras musculares cordis & arteriarum vellicant, quo ipso fibræ sese crebrius violentiusque contrahunt; hinc sanguinis circulum per univèrsum corpus accelerant, sicque potius augent, quam levare deberent Apoplexiam.

Accedit, quod secundum observationes Baglivii & Trallesi vesicantia sanguinem versus caput eo magis urgeant; quod excretionem urinæ reddant parciolem, difficilliolem, stranguriosam; quod alvum segnem efficiant atque morosam, subinde & urinas & alvum cruentent, sæpissime etiam reddant torminosam.

Datis igitur his omnibus, atque persistente unanimi Practicorum consensu, vesicantia prodesse in morbis frigidis; pituitosis, in fibra lanquida, inerti, in vita debilissima; qua ratione idem medicamentum in summo impetu atque orgasmo humorum in sanguinis phlogistica indole, in fibra nimis forti & tensa convenire poterit?

Sunt, qui vesicantia post repetitas & sufficientes ad minuendam plethoram venæ sectiones convenire asserunt, ut hac ratione periculum a vesicantium applicatione minuatur. Minuatur sane, sed tamen nunquam ex integro tolletur. Nam vesicantia in hoc causa æque nocebunt, ut in alia vera inflammatione e. g. in pleuritide vera, ophtalmia vera.

Contra vero egregium habent usum in inflammationibus spuriiis, in spuria odontalgia, pleuritide spuria, spurio quodam dolore faucium.

Profunt, & laudari merentur sero vel lymphæ ad has partes decumbente, ut in anginis serosis, pituitosis, ubi sæpe instar miraculi ægros levabant.

Cura prophylactica.

Facta cura Apoplexiæ curatoria sanguineæ nempe, quæritur, quænam sit cura prophylactica, ut accessus futurus sæpe metuendus arceatur?

Hæc cura prophylactica in eo consistit.

1mo ut caveatur genesis novæ plethoræ.

2do ut evitetur stimulus.

3tio ut impediatur auctior humorum motus adencephalon.

Primum obtinetur, si diæta fit par-
ea eaque vegetabilis potius quam alia.
Cœna quoque aut nulla fit, aut modica;
nimis protractus vitetur fomnus, pro-
tractus vel in multas horas, pomeridia-
nus præcipue.

Obtinetur præterea, si absint om-
nia stimulantia, rarefacientia; hinc ab-
stinendum a potu spirituofo, ab adora-
mentis, unguentis spirituofois, aut cali-
dis oleis essentialibus impregnatis.

Absint facculi & pulveres quicum-
que odorati, præsertim ex moscho con-
fecti. Vitetur quoque potus Caffée,
balnea præsertim calida, nicotiana.

Alvus semper fervetur lubrica;
potus sit acidiusculus, nitrosus, refri-
gerans.

Vitetur tam otium, quam nimia
corporis exercitatio, quam semper mo-

deratam esse oportet. Vitetur insolatio & calidiora cubicula. Denique Apoplexiæ calidæ obnoxii talibus constanter utantur, quæ alvi & urinæ fluxum liberum servare valent, qualia sunt e. g. cremor tartari & similes leniores sales medii.

Apoplexia Frigida.

Apoplexia frigida ea audit, quæ pro causa sua neutiquam sanguinem phlogisticum valde motum aut rarefactum, encephalon comprimentem agnoscit, sed serum iners, aut lentam frigidamque pituitam.

Huic Apoplexiæ maxime subjecti sunt ii, qui toto corpore sunt mucosi, & tenaci pituita infarcti, quique debiles, sanguinem habent tenuem, dissolutum, ferme aquosum, & nonnunquam simul acrem; ubi hæc acrimonia rodendo

vasa extravasatum efficit sanguinem, sicque frigidam producit Apoplexiam.

Culter anatomicus in his demonstravit vasa encephali tenaci admodum & mucosa materie plena valdeque distenta, ita ut compressa nimium cerebri substantia Apoplexia necessario sequi debuerit, aut vero humores tenues acres in ventriculos & cava encephali varia effusos.

Symptomata.

Symptomata in Apoplexia frigida ferme eadem, ac in calida observantur; nisi quod Apoplexia frigida concussi faciem collapsam, pallidam luthei coloris habeant, pulsum debilem, parvum, inæqualem, sæpius intermittentem. Cum e contrario in Apoplexia calida facies inflata, tumida, nigro cærulescente colore tincta cernatur.

Prognosis.

Prognosis hic dubia est; si enim ægri pulsus primum debilis & languens, post debitam medendi methodum statim ab ininitio adhibitam increseat; extremitates, quas antea marmoreum tenebat frigus, calere incipiant, atque color faciei pallidus in rubicundum mutari; si æger simul sitiatur, febrisque excitata sit mitior (per hanc enim in hoc casu vires naturæ optime reficiuntur) prognosis erit bona.

Si vero febris adeo valide increseat, ut æger in furorem agatur, nullaque adsumat medicamenta; mala certe erit prognosis, ægerque ita tractandus, uti febre acuta correpti tractari solent.

Aeque mala erit prognosis, si homo Apoplexia frigida tactus fuerit

caechochymicus, si humores habuerit aeres, corruptos, solida debilia, jam erosa. Tunc enim indicium est, vasa cerebri similiter adfecta, humores acres effusos; & hinc Apoplexiam esse lethalem.

Videamus nunc methodum medendi in Apoplexia frigida necessariam.

Cura curatoria.

Imo Instituatur venæ sectio, attamen parca & non repetita, nisi perquam raro; aut etiam venæ sectionis loco hyrudines ad tempora adplicentur. Semper enim seu calida, seu frigida sit Apoplexia, turgor adest vasorum, quæ turgescencia quamdam postulat deplectionem.

2do Absolvitur cura Apoplexiæ frigidæ enematibus, non emollientibus, sed acrioribus, imo aliquando acerri-

mis. Purgantia præterea adhibeantur, cito effectus suos edere solita.

3tio Curatur Apoplexia frigida volatilibus quibuscumque vaporibus naribus suppositis, quin etiam corpori adfrictis, frictionibus seu siccis, seu aromaticis, spirituosis, epispasticis pedibus adplicatis, & largis vesicantibus, prioribus tamen præmissis.

Huc præcipue faciunt spirit. cornucervi aut simplex, aut succinatus, spirit. salis Amon. Vol. simpl. aut Anifat. lavandol. sales. alcal. volatiles quicumque.

Cura Prophylactica.

Hæc consistit in diætâ sicca, roborante; purgantibus frequentioribus, & nonnisi validis ex familia roborantium petitis, frequentioribus repetitisque corporis exercitiis.

Aliquando fonticuli, nonnunquam fetacea profunt alicubi in corpore excitata.

Apoplexia Gastrica.

Apoplexia gastrica alia est denuo Apoplexiæ species, quæ ideo gastrica audit, quoniam vitium, seu causa Apoplexiam producens præcipue in ventriculo sedem suam figit.

Huc & nimia repletio ventriculi, adsumpta quævis nimia quantitate, spirituosæ, fermentantiæ, saburra quæcumque, seu biliosæ fit, seu alia nimium accumulata, aut acris facta, venena acria, præcipue tamen narcotica nimia dosi propinata, & ebrietas spectant.

Cura Apoplexiæ gastricæ.

Imo Curatur venæ sectione, ut topica encephali plethora tollatur, quam
spi-

spirituosa potulenta, fermentantia aut alia causabant.

2do Absolvitur cura hujus Apoplexiæ gastricæ emetico, ut vomitu excitato ingestum e. g. venenum & in ventriculo hærens Apoplexiæ causa, cujus deleteria vis cito operatur, evacuetur.

Emeticum autem hoc in casu qualicumque exhibere neutiquam est indifferens. Debet enim cito operari; hinc præmissa venæ sectione aliqui suadent adsumtionem vitrioli albi, cujus dosis scrup. ij aut drach. β ad minimum scrup. j exhibendus foret.

Alii contra dissuadent ob vires medicamenti adeo acris atque ventriculum inflammantis, cujus si vel minima portio in ventriculo remaneat, aut ad intestina delata ibi hæreat; dirissimas

inflammationes, coleras & similia mala producat necesse est.

Accedit, quod, si venenum tam acre citoque operans adsumtum fuerit, ut emetico adeo prompto opus sit, vix non semper aliqua saltem qualiscumque adit inflammatio. Jam si tam acre vomitorium iugelleris; an non augebis ægro misero inflammationem?

Casus solum fortuitus est, si una cum contentis in ventriculo omne vitriolum album excutiatur.

Apoplexia Larvata.

Apoplexia larvata ea est *Apoplexiæ* species, quæ sub larva cujusdam morbi ludit.

Symptomata.

Symptomata sunt plerumque cum illis morborum speciebus communia.

Prognosis.

Prognosis dubia est, plus minusve mala, petenda plerumque a natura & indole causæ, seu morbi illius, qui sibi hoc peculiare symptomata junxit, a natura & viribus ægri, tum denique a duratione morbi.

Plerumque eo tempore regnare amat, quo multæ & copiosæ grassantur febres intermittentes.

Participat etiam de natura febris intermittens regnantis; sic si tertiana grassetur, formam seu larvam tertianæ induit, si alia, illius.

Cura.

Cura hic pro diversa causa variat; semper enim talis instituat, quæ causæ morbum hunc producenti sit contraria. Sic e. g. si sit Apoplexia ludens sub larva febris intermittens; cura erit

febris intermittens; & cum illud symptoma febris intermittens, Apoplexia nempe, validum sit & periculosum: illico cortex peruv. larga etiam manu est propinandus; quo ut ut factum, tamen æger, præsertim si validos patitur insultus apoplecticos, nedum omni absolvitur periculo. Sunt enim, quibus largissimis etiam propinatis dosibus cort. peruv. vita tamen exulat; quale exemplum in nosocomio S. S. Trinitat. videre contigit, ubi decumbens hortulanus. Apoplexia omni tertia die recurrente correptus, largissima licet manu propinato cortice diem tamen hoc morbo obiit supremum.

Apoplexia ab evacuatione nimia.

Hæc Apoplexiæ species prioribus recte e diametro opposita est.

Causas enim plane contrarias prioribus agnoscit; sic magna hæmorrhagia vulnere e. g. inflictò, aut post partum prægressum, aut alias ob causas Apoplexiam producere valet. Huc Apoplexia omnistarum pertinet.

Cura.

Cura hic cardiacis nutrientibus absolvi debet. Non autem, qualiacumque adhibeantur, indifferens est.

Neutiquam enim in tali casu indicarentur nutrientia valida, quæ robusta poscunt viscera, sed blande & leniter nutrientia; hinc juscula meraca, ova forbilia leve admodum aroma, subolentia, lac, vegetabilia blanda varia forma & substantia propinanda.

Apoplexia Nervea, seu Apoplexia hypochondriacorum & hysteriarum.

Hæc Apoplexiæ species in subjectis hysterica aut hypochondriaca passione adfectis spasmis abdominalibus maxime suam debet originem. Spasmi enim hi abdominales constringendo viscera abdominalia liberam in illis humorum circulationem impediunt, hinc humores per hæc viscera fluere impotentes, in partibus superioribus accumulati premunt encephalon, & hac ratione Apoplexiam producunt.

Cura.

Curatur ferme ut Apoplexia calida.

Omnia ergo *imo* opus est, ut celebretur venæ sectio. Crispata enim solidorum fibræ vix ullo medicamento tam cito & potenter relaxantur, quam venæ sectione debite instituta.

2do Cura absolvitur antispasticis; quæ autem quum diversa sint, atque

ægrorum morbo hysterico aut hypochondriaco adfectorum natura & conditio sæpe talis sit, ut nullatenus leventur ab omni antispasticorum specie; hinc varia propinentur antispastica necesse est.

3^{to} Curatur hæc Apoplexia nervea oleis blandis, mucilagibus tepide ore adsumtis, uti & lubricantibus, emollientibus quibuscumque ore haustis, aut ano injectis.

4^{to} Huc etiam cataplasmata emollientia spectant toti abdomini tepide adplicata, balnea, femicupia. Quæ ultima tamen cautius adplicanda nec etiam nisi instituta prius venæ sectione.

Non supervacaneum duxi coronidis loco quædam Additamenta Apoplexiam præcipue spectantia subjungere; & quidem

I. Accurati morborum observatores Apoplexiam certis annis certisque anni temporibus longe frequentiore dominari memorant. Horum observationes Hippocratis quoque sententia confirmat. Sic enim divinus hic vir & immortalis loquitur: Νεσθήματα δε — — — — — ἔκ πρόπληκτοι. i) Morbi autem in pluviosis (nempe anni constitutionibus) quidem plerumque fiunt, & febres longæ, & alvi fluxiones, & putredines, & epileptici, & apoplectici. &c.

E 2

Pa-

i) Hipp. Sect. 3. §. 16. p. 48.

Patet inde Hippocratem jam observasse Apoplexiam certis annis & anni tempestatibus occurrere frequentiore; cum hic Apoplexiam inter eos morbos reponat, qui frequentiores observantur tempore humido, pluvioso.

Idem Apoplexiam illis morbis adfociat; qui hyemem amant. Sic enim habent: Τῶν δὲ χειμῶνος — — — —
— — — ἀποπληξίαι. Hyeme vero pleuritides — — — — — vertigines, Apoplexiæ. D.

Confirmant hoc quoque Foresti observationes circa Apoplexiam factæ, qui sic ait: Tota cœli constitutio dum austrina & pluviosa fuit, & quidem ab initio Decembris ad diem usque 18 ejusdem mensis plurimi Apoplectici & convul-

vulsi periere. Adferit porro idem auctor, Apoplexiam in frigida humidaque regione non raram, imo frequentissimam observari.

Hæc plurimorum auctorum observatio multum, si non plurimum ad veram Apoplexiæ diagnosim conferre potest.

Inde enim indolem atque naturam Apoplexiæ facile determinare licebit; num serosa, num pituitosa, an simplex, an vero sit complicata.

2. Inter alia commemorata ad Apoplexiam maxime prædisponunt studia nimium protracta atque sine moderatione instituta; præprimis studia nocturna, curæ protractæ, graves sollicitudines, Arthritis potissimum. Et licet hæ causæ calculosam aliquibus diathesim humorum inducant: tamen lon-

ge plures ad Apoplexiam prædisponunt.

Qui has & supra recensitas Apoplexiæ causas intimius rimabitur; longe minus in determinanda Apoplexiæ indole atque specie aberrabit.

3. Ad felicem Apoplexiæ curam plurimum interest, ut medicus omnia symptomata exacte noscat, quæ Apoplexiam præcedere consueverunt, de quibus supra egi.

Haud parum enim refert, si malo omnium facile gravissimo in tempore occurrere valeamus.

Qui plura de his signis desiderat; consulat cœlium Aurelianum.

4. Notandum est, apoplecticorum quosdam esse, qui insigniter febricitant mox ab initio morbi; alios contra, quibus febris paulo serius supervenit.

Febrim hanc Hippocrates salutarem existimabat, ab eaque solvi Apoplexiam arbitrabatur.

Dicit enim: *ὑπὸ σπασμῶ, ἢ τεταίνω* — — *m*). A convulsione aut rigore detento febris superveniens solvit morbum.

Neque obest huic opinioni id, quod expertissimus Versthoff hoc verum esse neget. Etenim constat quidem Apoplexiam calidam feбри oborta praesertim validiori non solvi, quin exacerbari debere; sed Hippocrates hoc asserendo neutiquam intellexit, solvi Apoplexiam calidam, sed frigidam seu ferofam putabat, quod sequens locus luculente demonstrat. Dicit enim: *Ὁκόςοισιν ὑγιαίνουσιν ὀδύναι* — — — *n*).

E 4

Qui.

m) Hipp. Sect. 4. §. 57.

n) Idem Sect. 6. §. 51.

Quibus fanis dolores derebente fiunt in capite, & statim muti fiunt, acsterunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit.

5. Notari meretur, venam jugularem in apoplecticis incidi solere, idque jam a Valsalva tentatum fuisse.

Quæritur jam *Imo*, in quo latere sectio venæ jugularis fit instituenda? an potius in latere paralytico? an in sano?

2do An sectio venæ jugularis re ipsa quid profit? quum neutiquam reditum sanguinis ab encephalo faciliorem reddere, quin imo ejusdem adfluxum promovere videatur.

Respondeo ad *Imum*: frequentibus admodum & fide dignissimis observationibus constat, noxam encephali ea plerum-

rumque parte reperiri, quæ lateri paralytico est opposita.

Patet ergo sectionem venæ jugularis, si instituenda sit, in latere sano, non autem in paralytico esse celebrandam.

Respondeo ad 2^{dum}: vena jugularis externa in apoplecticis incidi solita non est ea, quæ sanguinem directâ via reducit ab encephalo, & cui carotis interna respondet; sed ea est, cui respondet carotis externa, externis solum Capitis partibus advehens sanguinem.

Ex quibus patet, secta vena jugulari externa reditum humorum ab externis capitis partibus accelerari, sicque plus sanguinis per externam ferri carotidem.

Quo igitur plus sanguinis per carotidem fertur externam; eo minus

eodem tempore per arteriam carotidem internam adferri oportet, utpote sanguinem directe ad encephalon vehementem. Quo minor autem sanguinis quantitas cerebro advehitur; eo plus sanguine, & vel ideo pressione liberatur encephalon.

Ex quibus luculenter patet, perquam utile esse venam secare jugularem, nec indifferens, quo in latere secetur, sed sectionem constanter sano in latere esse instituendam.

Restat nunc examinandum, qua ratione hæcce instituenda sit sectio.

In hac sectione juvabit venam jugularem per momentum solo comprimere digito, non autem fasciis.

Digitum enim compressio jam efficit, ut vena in conspectum prodeat, sequelanceolæ non subducat.

6. Inter alia Apoplexiæ auxilia refertur quoque sacrificatio in occipite instituta, quæ non a valsalva solum, sed pluribus aliis magni æstimabatur.

Sic docent solertes medicorum observationes, juvenem apoplecticum resolutum jam & vacillante pulsu, ita ut jam jam animam exspirare videretur, cum aliis remediis nullus amplius superesset locus, occipite ejus probe scarificato, & super imposita cucurbita orci faucibus fuisse ereptum.

Hocce remedii genus magnum auxilium nuncupabatur, atque in desperatissimis etiam casibus profuisse dicitur.

Fufius de magno hoc auxilio scripsit Walterus in dissertatione sua, quam
edi-

edidit de scarificatione occipitis plurimum capitis morborum auxilio. o).

Memorat enim ibidem phrenitides, convulsiones atque soporosos affectus, diuturnas vertigines, epilepsiam, ophthalmiam, pertinaces cephalalgias, anginam aliosque adhuc capitis morbos, modo ii causam in sanguine agnoverint, scarificatione fuisse curatos.

Ipse quoque Arateus plura de hoc auxilio scripta reliquit, ut adeo recentiorum inventis neutiquam debeatur.

7. Circa Diagnosim Apoplexiæ notari meretur, summa attentione & cura indagandum esse, ne scilicet una Apoplexiæ species cum altera confundatur; ne e. g. Apoplexia calida pro serosa habeatur, & f. p.

Pe-

o) Walter dissert. de scarif. occip. Lips. 1741.
 recens. i. Frank opuscul. select.
 vol. V.

Petrus Salius plures notas diligenter collegit, *p*) quibus sanguinea seu calida Apoplexia a serosa vel pituitosa distinguatur. Signa hæc non sunt contemnenda, modo non unum, sed omnia simul sumra conjunctaque spectentur. Sic Apoplexiam a frigidis humoribus natam ita notat; si æger sit tenax, sit senex, mulier, si non rubor, sed pallor in facie sit.

Verumtamen constat etiam 70 & 80 annorum viros & feminas non ex frigida, sed vere calida seu sanguinea Apoplexia diem obiisse supremum.

Sic Cel. Professor Stoll An. 1781. vetulæ 70 annorum Apoplexia peremptæ cadaver aperuit, cujus Apoplexiæ species omnino ad sanguineam pertinebat.

Pa-

p) Petrus Sal. de Apoplexia.

Patet ergo signa hæc, si sola spectentur, ad accuratam diagnosis non sufficere, cum aliis tamen juncta conferre plurimum.

8. Inter signa diagnostica Apoplexiæ fortioris aut levioris referri a plerisque solet respiratio, a cujus majori minorive naturali recessu diversos Apoplexiæ gradus plures egregii in arte viri discriminare conantur.

Verumtamen gravissimam fortissimamque Apoplexiam & cito lethalem Valsalva vidit; viderunt eandem & alii; etiamsi respiratio ordinata omnino, æqualis, & ut Valsalva ait, plane naturalis fuerit observata.

Hinc signum illud fortioris aut levioris Apoplexiæ a respirationis conditione petitum sæpissime imponit.

9. Apoplexia subinde hominem corripit recte eo tempore, ubi optime & athleticè valere videtur.

Id plerumque illis accidere solet, qui vasa quædam encephali debiliora, varicosa, aut aneurismatica & disrup-
tioni quam proxima habent.

Quibus athletica hæc valetudo optima suspecta fit oportet.

Quanto autem languidius cor & arteriæ, se in his contrahunt; tanto minus est periculum.

Contra quamprimum illa validius & uti in bene habentibus sanguinem protrudunt; tanto majori disrptionis periculo partes sunt obnoxix. Hinc oportet quid huic summæ & athleticæ sanitati detrahere.

10. Valsalva vir, qui uti in ce-
teris, ita quoque hac in re eximius ex

sola corporis inspectione prædixit vitium & causam Apoplexiæ, quam jam in cerebro, jam in cerebello se satis certe inventurum aiebat; id quod postea sectiones cadaverum demonstrarunt.

Quomodo autem hoc prædicere potuerit, nullus intelligo; etsi Morgagnius hac super re multa disputet; nisi forte ex respiratione cito interrupta & alvo profusa judicaverit, cerebellum potius, quam cerebrum esse læsum.

II. Plerumque tamen non est difficile ex sola hominis apoplectici positione, nudique etiam jam cadaveris inspectione prædicere, in quonam encephali latere vitium sit reperiendum. In quodnam latus enim ceciderit, id omnium primo resolutum fuisse, & noxam in opposita parte latere patet.

Aut

Aut si os in alterutram partem retractum fuerit; vitium eo ipso in latere erit quærendum, ad quod os retrahitur; quoniam hæc retractio oris resolutis oppositi lateris musculis suam debet originem.

12. Quod si fermo fiat, non de sectione venæ jugularis, de qua supra egi, sed de sectione in vena brachii instituenda; etiam hic præcepto Morgagni & Valsalvæ fiat satis, ut nempe sanguis e latere sano non e paralytico educatur.

Neque hoc præceptum novis inventis adnumerandum, quod jam Aræteus dedit, qui de Apoplexia loquens sic ait: *q)* In hominibus apoplecticis ex sanis partibus oportet sanguinem hauri-

F

re;

q) Aræteus de Apoplexia.

re; hac enim sanguis facile delabatur, hac etiam a læsis partibus facile derivatur.

13. Sequitur nunc alia gravis profecto practica quæstio discutienda. An & qua copia sanguis in Apoplexia serosa detrahendus sit? An in omni Apoplexia serosa & in qua specie mittendus non sit? Medici veterani communi omnium sensu statuere venæ sectionem in Apoplexia serosa adeo utilem non esse, quin potius summe noxiam reperiri.

Verum si deligenter institutas sectiones anatomicas consulere velimus; patebit Apoplexias non a multo ad modum sero produci, sed a paucis & aeri, quod irritatione sua, vasa sanguinea vellicando, illa constringere efficit; qua ipsa vasorum constrictione circulus

fan-

sanguinis per encephalon intercipitur. Hinc etsi serum hoc acre causa fit constrictorum vasorum & aboliti per cerebrum sanguinis circuli: tamen ipsa hæc Apoplexia a sanguine intra caput collecto orietur; hinc non erit frigida seu serosa Apoplexia, sed potius serofo-sanguinea; atque in hoc casu venæ sectio non solum indicata, sed etiam summe erit necessaria, ut sic vasis depletis pressio cesset.

Confirmant hoc etiam cadaverum sectiones ab accuratis solertibusque observatoribus institutæ; ubi seri quædam copia in encephalo effusa, reliqua autem hæmatophora vasa plurimo sanguine insarcta turgebant; quod & Cel. Professor Stoll sæpius in nosocomio practico ostendebat.

14. Examineda adhuc est alia nota diagnostica quibusdam auctoribus solemnis, & præcipue ab Hippocrate adnotata, qua Apoplexiam calidam a frigida distinguere volunt adferentes, Apoplexiam, si lente oriatur, semper esse ab infarctu frigido, pituitoso; hinc esse frigidam seu serosam; si vero repente oriatur, esse calidam seu sanguineam.

Verum neque hoc signum sufficit, & diagnosticum dici meretur. Constat enim ex apoplecticorum historiis, quem admodum a lenta sanguinis effusione ortæ apoplexiæ tarde increfcunt; ita etiam haud paucas factas ab aqua & pituita frigidissima hominem cito & sine omnium opinione corripuisse.

Ex quibus fat evincitur, posse quasdam Apoplexias, licet tarde &

len-

lente adveniant, calidas seu sanguineas; alias contra cito & inopinanter accedentes frigidas esse & serosas.

Ad minutias forsan cuncta hæc pertinere quibusdam videri posset; verum cum de diagnosi & medendi ratione agatur, quam scilicet diversam longe atque aliam in serosa, aliam in calida adhibere est necesse; patet has res non minutias, sed summi momenti considerandas esse.

15. Ad faciendam facilius diagnosis multum persæpe confert nosse, quæ causæ morbi frequentiores, quæ raræ, quæ sint frequentissimæ, ut adeo facilius formare diagnosis possit, si mens circa potiora versetur. Sic e. g. Apoplexia seroso - sanguinea multo est frequentior, quam pituitosa. Constat id ex sectionibus cadaverum Apoplexia

defunctorum institutis. Hinc si talis apoplecticus curandus occurrat; mens potius circa Apoplexiam seroso; sanguineam, quam pituitosam versetur; & sic porro.

Hic loci non possum non cautelam quamdam commemorare, cujus in cadaverum sectione magnopere meminisse oportet.

Contingit enim sæpe, ut detracto cranio, olla desumta, memingibusque denutatis, species quædam gelatinæ sese offerat, aut quædam quasi pituitæ collectio. Inde cum casus non sit infrequens, factum est, ut Apoplexia frigida seu vere pituitosa adfuisse crederetur.

Verum tamen discissa dura meninge & Arachnoidea, non gelatinam, sed serum quam maxime fluidum inter cel-

lulas collectum erat, ita quidem, ut illa Apoplexia, quæ primo intuitu pituitosa comparuit; potius sit serofo-fanguineæ adnumeranda.

Levioris quoque momenti hæc observatio posset videri; qui tamen hoc serum pro vera pituita haberet, erraret pessime ex male instituta aut plane non intellecta cadaverum sectione.

Nihil igitur nostra attentione indignum censeatur; utut id subinde perleve videatur; cum etiam a levissimis symptomatibus causa derivari possit, ut ægris vel lethalem, vel salutarem faciamus medicinam.

Itaque quæcumque a medico colligi possunt, colligi debent, ut ægro prodesse possit.

16. Non pauci quoque sunt Apoplexia defuncti, ubi in cadavere secto

ingens in vesica urinæ collectio, ingens-
que vesicæ ipsius distensio reperitur.

Hoc jam a pluribus & præcipue a
Morgagnio ipso fuit observatum.

Ex qua nimia repletione vesicæ
& lotii retentione nova denuo malorum
accessio fieri potest præcipue iis, qui
apoplectici diutius adhuc vitam trahunt.

Minus hæc symptomata observan-
tur, quum ob infirmas sphincteris vires
ægri continuo pauxillum urinæ guttatim
dimittant; unde fit, ut ægro adstantes
lectumque madidum invenientes minus
de retenta urina cogitent.

Hinc id quoque ad cautelas pra-
cticas pertinebit, ut medicus regionem
hypogastricam frequenter exploret, &
huic stillicidio non fidat, sed ope cathe-
teris collectam lotii copiam frequentius
curet educi.

F I N I S.

T H E S E S

EX VNIVERSA

M E D I C I N A.

I.

Apoplexia a ruptura vasorum est lethalis.

II.

A sola tamen rarefactione humorum sine vasorum ruptura sæpius medelam suscipit.

III.

Cacochymici Apoplexia correpti plerumque pereunt.

IV.

Venæ sectio larga, aliquando etiam repetita in Apoplexia calida instantaneum sæpe adfert levamen.

V.

V.

Merito igitur omni alii
antiphlogistico adparatui præ-
ferenda.

VI.

Vesicantia in Apoplexia ca-
lida initio semper contra indi-
cantur.

VII.

In frigida tamen sæpe
unicum fuere remedium.

VIII.

Medicus ad inspiciendum
putridum cadaver cum dis-
pendio sanitatis propriæ adigi
non potest.

IX.

Sectio in violenta manu
peremto ibi inchoanda, ubi
ma-

maxima causa mortis inveni-
enda supponitur.

X.

Vulnera sclopeto inflicta
ob miros, quos sæpe gyros
efformant, majori cura inda-
gentur.

XI.

Profunditas vulneris instru-
mento acuto non investegitur.

XII.

Sic enim augeri læsio, aut
plane nova contingere potest.

XIII.

In partu geminorum, tri-
geminorum, quis illorum pri-
mus editus sit, attendendum,
atque statim signandus; hic
enim jure primogenituræ gau-
det;

det; qua cautela neglecta nil certi determinari potest.

XIV.

Prærogativa primogenituræ cadit etiam in gemellos sectione cæsarea obtentos; etenim ille primogenitus est habendus, qui primus in manus chirurgi incidit.

XV.

Supposito fœtui legitimi jura non competunt.

XVI.

Divisio a jurisconsultis recepta in fœtum animatum, & non animatum medice & physice loquendo nullum meretur locum.

XVII.

XVII.

Vita enim hominis in consociatione mentis cum corpore consistit, quæ primo statim conceptionis tempore contingit.

XVIII.

Hinc frustra se torquent Theologi, qui terminum animationis quocumque post conceptionem longiori tempore quærunt.

XIX.

Ad cautam exactamque administrationem justitiæ in jurisprudentia medico - criminali judicium medici non expetitur solum, sed & summe
ne-

necessarium est, ita ut hoc neglecto sententia a iudice lata omnino nulla sit.

XX.

Morbofus ægri status ad excusandum vulnerantem non prodest, si vulnus ex se absolute lethale fuerit.

XXI.

Ex tempore mortis ferius citiusve venientis lethalitatem plerumque concludere solent juris consulti.

XXII.

Sed a tempore neutiquam rectum formatur de lethalitate iudicium.

XXIII.

XXIII.

Abortus malo dolo quocumque post conceptionem tempore procuratus species infanticidii est.

XIII

Abominabile dolo
cognoscitur per
tempore proventus
instaurandi est.